40

C. Malinowski Karwacka Advitalitas.

Coram offi[ci]o et Act[is] p[raese]ntibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransen[sibus] p[raese]ntes comparentes Gnosi
Stephanus Malinowski olim Gnosi Severini Malinowski filius in Kalnica
hrs ab una Et Gnosa Marianna Joanna filia olim Gnosi Stanislai Kar-
wacki Coniunx eiusdem Gnosi Malinowski partibus ab alia Sani mente
et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eoru[m]
sua ex interesse recognovit. Quia ipsi inter se Mutuam reciprocamq[ue] Advita-
litatem et Usumfructum Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et
immobilium summarumq[ue] pecuniariarum in haereditate Kalnica et alibi ubivis
locorum consisten[tium] super se recognoscen[tium] modo quovis ac vivis titulo concernen[tium]
Nunc habitorum et in post favente Divina clementia habendorum ad extrema vitae
suae tempora inscribunt et concedunt tali modo. Quod si prius de hac luce
Deo volente Gnosum Stephanum Malinowski quam Modernam eiusdem eius
Gnosam Mariannam Joannam Karwacka decedere contigerit Extunc ipsa
[bo]na eius Omnia Mobilia et immobilia in haereditate Kalnica et alibi ubivis
consisten[tia] super ipsum Maritum suum Modo quovis ac vivis titulo concernen[tia]
cum Universis attinen[tiis] generaliter Omnibus ac in specie singulis utilibus fructibus
proventibus nil excepto iure advitalitio tenebit et possidebit ac utilibusq[ue]
ad extrema vitae suae tempora Usufructuetur Post mortem vero ips[iu]s bona
eadem Omnia in successores eiusdem Mariti sui devolventur Simili etiam
modo si prius ipsam Gnosam Mariannam Joannam Karwacka quam
[Mo]ratum Gnosum Stephanum Malinowski Maritum eius mori contigerit
[extu]nc ipse bona eius Omnia Mobilia et immobilia ubivis locorum
summasq[ue] pecuniarias ab eandem Coniugem suam quovis vivis titulo
[si] quacunq[ue] morte illius interveniente derelicta fuerint tenebit
[et] possidebit illisq[ue] ad extrema vitae suae tempora Usufructuetur
[Post d]ecessum vero ip[siu]s bona eadem Omnia in successores eiusdem contr[ahent]is
[absque] quavis contradictione successorum ipsius devolvi debent.

[M]alinowska Transfusio

[Coram offi]ci et Actis p[raese]ntibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransen[sibus] p[raese]ns comparens
[Gnosus] Samuel olim Pauli Borzowski Sanus mente et corpore exi-
[stens palam] publice ac libere recognovit. Quia Gnosa Anna Ma-
[...] relicta Conth olim Gnosi Severini Malinowski et ipsius
[...]le Omni et integro iure suo ad infrascripta habito Nominis
[...]ne Certa Manuali de actu et data in Kalnica die
[...]ma Martij Anno Domini Millmo Sexcentesimo Qua-
[...] pretio Manibus propriis Gnosorum Annae Ipsius
[rel]ictae olim Gnosi Severini Malinowski et Anselmi

Szablowski